



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

VI. Cur Devs, qui nihil ignorat, Confessionem nostram requirat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

## *Caput II. De Definitione*

tām est necessātia, vt D E V S non aliter nos iustificet, quām confessos. D E V S est, qui grātis quidem iustificat: Ego ( inquit apud Esaīam) sūm, ego sum ipse, qui deleo iniquitātes tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Sed quia talis est misericordia Domini, qua nolit nos abuti Deus, vt scilicet, hanc cōsecuti, remissiores fiamus: Idcīrco quārit & à nobis quiddam, non vt p̄tētūm iustificationis, sed vt adminiculā, quod tamen ipse quoq; nobis per consensum cooperantibus, largitur; nimirūm fidelem mentis Confessionem. Siquidem apud eundem Prophetam sequitur: Reduc me in memoriam, & iudicemur simul; narra si quid habes, vel (vt Septuaginta transtulerunt) dic tu iniquitātes tuas, vt iustificeris.

Esa. 43.

Ibidem.

Psal. 50.

Huius Cōfessionis fiducia fidelis ille Rex Dauid reposcit, vt D E V S eum ab iniquitate sua lauet: Secundūm (inquit) multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatē mēā. Vnde verò tantum beneficium p̄fsumat, statim subiecit: Quoniam, inquiens, iniquitatem meam ego cognosco.

*Quæstio Cur D E V S, qui nihil ignorat, Confessionem nostram requirit?*  
VI.

*Respoſio.* R Equirit D E V S hanc Confessionem peccatorum nostrorum, non quōd ignoret ea, quamuis non confessa; Cūm faciebas ea, p̄fſtō erat; cūm admitteres, nouerat; sed quōd

quod aliter homo sentire non possit, quid per misericordiam D E V S concesserit: Qui enim memor est cumuli peccatorum suorum, erit & memor magnitudinis misericordiae D E I; Qui verò morborum suorum, veluti lethargo occupatus, obliuiscitur, quo tandem pacto misericordiae medicinam fideliter requiret, aut accipiet? Quamobrem in Prouerbiis legimus: Iustus prior accusator est sui. Et iterum: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur; qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Nō demoreris ( inquit Iesus Sirach) in errore impiorum; ante mortem confite; à mortuo, quasi nihil, perit Confessio. Confiteberis viuens, viuens & sanus confiteberis, & gloriaberis in miserationibus illius.

*Nunquid veteres Doctores hanc interiorem Confessionem peccatorū, quæ soli D E O fit, etiam exegerunt à pœnitentibus?*

**S**Anctis ac piis viris hæc interior ad Deum Confessio adeò curæ erat, ut etiam ea quæ iam credebant remissa, in memoriam reducerent, hoc scientes, quod etsi culpam de præsentibus non haberent; recordationes tamen præteriorū peccatorū, & luctum animabus suis plurimū prodeße, vel ob id, quod animæ

*Cur Deus,  
qui nihil  
ignorat  
Confessio-  
nē nostrā  
requirat.*

*Quæstio  
VII.*

*Respoſio.*